

William C. Wonders Map Collection
University of Alberta Libraries

HUNGARY - Cities and towns - CHEB 1

3586

trucidatus eſt. Animoſus ille rex, qui maluit ... ab Imperatore Carolo 4. ...
barȩ, coniugis Sigiſmundi Cæſaris, iuxta quem viſitur ſacellum memoratu dignum, in quo ſacello corpus S. Vences-
lapidibus viridibus & puniceis, inſtar gemmarum, relucentibus, & auro intertexto, ornatiſsime variegatum,
lai, Bohemiæ ducis, & martyris tumulatum, quieſcit. Et tanta priſcorum regum in hunc diuum tutelarem fuit obſeruantia, & religio, vt co-
rona Regni, non alio loco, quam in ſepulchro, & ſuper capite huius ſancti Martyris repoſita ſeruaretur. Atque hæc conſuetudo, ab aliquot ſe-
culorum ſerie, perſtitit immota, vſque ad turbulentiſsima Ziſcæ tempora, vbi cum propter ciuiles factiones, tumultus tumultu cumularetur,
corona in arcem Karlſtein, vtpote in tutiorem cuſtodiam translata eſt.

EGRA.

EGRA, inter alias Bohemiæ vrbes, neutiquam infima, ad initium ſyluæ in veteri Nariſcorum patria maxime fertili, & lon-
ge amœniſsimo agro ſita eſt. quondam Imperij ciuitatibus annumerabatur, deinde Imperij deſeruit ordinem, & Bohemiæ
regi obtemperat, non aliam ob cauſam, quam quod hypotheca eſt regno Bohemiæ facta. Sita eſt in amœniſsima valle, ad
collem, cuius decliui maior ciuitatis pars ſuperædificata incumbit. Eſt duplici muro fortiſsimo circumquaque, aliquibus
etiam locis, præſertim à flumine non ambitis, triplici: ampliſsima item foſſa, ac muro concluſa, turribus vero plurimis,
magnifice cincta & communita. Fluuium eiuſdem nominis, ex monte Pinifero ortum, habet ampliſsimum, ac nauigabile
ad meridiem fere, verſus quam plagam arx etiam vrbis condita eſt, quæ ſuas quoque ſingulares muros, munitiones, foſſas,
ac turres habet. Eſt in vrbe magnificum templum S. Nicolai. cum duabus altis, ac orienti ſoli obuerſis turribus, ſunt & alia pari elegantia
templa & monaſteria. Integrum & magnum Senatum conſtituunt veteri Rom. more viri centum ex quibus XIX. de antiquiſsimis ſunt vrbis fa-
milijs, patricio ſanguine nati: Ex quibus ſolent eligi IIII. Conſules XII alii vocantur iudices & Scabini, & hi ius dicunt. non ex ſcriptis le-
gibus: ſed ex receptis ac longo vſu comprobatis Reipub. Egranæ conſuetudinibus. Reliquos LXVIII. Senatores, plebeios vocant. Ab huius
Senatus conſtitutionibus nemini liberum eſt ad ſuperiorem magiſtratum prouocare. Habet quoque frumentarias ædes, omni frumentorum
genere refertiſsimas: Armamentarium item, bellicorum inſtrumentorum apparatu inſtructiſsimum, molendinas, Xenodochia, balnea publi-
ca, portas maiores tres & totidem paruas, quæ conſulibus tantum publicorum negotiorum cauſa, nocturno tempore patent: habet ſuburbia
lata. iuxta portam acidi ſaporis fontem, Arces XII. pagos inſignes plurimos, ac aliud oppidum Revvitzium, tribus lapidibus ab vrbe ad
Coſſenium montem ac fluuiolum ſitum, & propriam denique monetam, quę in Egrana tantum ditione valet. Hæc Gaſparus Brulchius.

HORVATH COLLECTION
University of Alberta Libraries